b tatis non eſt dubiū, cū emptores poſſideant titulo. V[…] ſecundam partem, ⁊ aſſumo tertiam rationem. Et vide[…] illa non ſit bona ratio, q2 ſm hoc nonnunquam bone fid[…] ſeſſor vendens aliquid de hereditate poſſet conueniri[…] victi emptores ſunt reuerſuri ad eum, hoc autem eſt c[…] ſum l. quod ſi in diem. §. ſed ⁊ is. ſ. eod. Huius timor[…] cōtrariū, ⁊ dicit quod iſta eſt mala ratio. Sʒ bona r[…] venditor non erat factus locupletior. Iacob. Butri[…] hat rationem tex. Ad contrarium reſpondet, aut vē[…] que poſſeſſor conuenitur prius ⁊ habet locum lex cont[…] tunc emptores non poterunt poſtea conueniri, q2 actor […]git pretium, vt ſ. proximo §. ⁊ ſic non poteſt dici quod e[…] res victi ſunt habituri regreſſum contra eum, quoniam […]tuerit vinci. Et ſi dicis, poſſit euinci ab alio de hoc t[…]bitur, vt ſ. eodem. l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. ver. ſed ſi […]ditionem. Aut prius conuenitur emptor, ⁊ habet locū be[…] ⁊ hoc puto verum tenendo lec. gloſſ. puto tamen quod t[…]xtus poſſit legi alio modo, ⁊ ratiōes eſſent clare ⁊ bone […]do iſtā ſcđaʒ partē ſic. Primo ponit duas rationes ad p[…] negatiuam. Scđo ponit vnam rationem ad partem affir[…]uam, ſcilicet quod exceptione repellatur. Secunda ibi, […] Primas duas rationes ſic forma. Videtur quod actor […]pellatur exceptione, quia non fit preiudicium petitioni he[…]ditatis, vt in ver. quod preiudicium. Probatio huius hab[…] quia pretium iſtarum non poteſt peruenire in petitionē here[…]ditatis, cum ſit conſumptum, vt dictum eſt in themate. h. d. […] ſi. q2. Veni o ad ver. quanquam. hec non eſt ratio rationis p̄cedentis, vt gl. dicit, ſed eſt quedam ratio ad partē affirmatiuā. Et videtur quod actor repellatur exceptione, q2 victi emp[…]res reuerſuri ſunt ad eū q̄ diſtraxit. Ne ergo ille bone fidei […]ſeſſor conueniatur vltra quam ſit locupletior contra mente[…]natuſconſulti, repellitur exceptione. ⁊ hoc vult dicere ver[…]lus, quanquam. Sequitur verſicul. ⁊ puto. ⁊ iſta pars […]tatur. Habes ergo ſm vtranq; lec. ⁊ ſm omnium opi[…] hic emptor non poteſt ſe tueri illa exceptione, ne fiat p[…]cium petitiōi hereditatis, ſed illa ne venditor, idem […] dei poſſeſſor conueniat vltra quam ſit locupletior. ¶ C[…]tra hoc opponitur de l. ſi quis libertatem. ſ. eo. Sol. qu[…] iudicium particulare poteſt ferri aliquod preiudiciuʒ p[…]nis hereditatis mouende, vel iam mote, tunc debet in eo […]ſederi, vt in l. contraria. Sʒ ħ petitio hereditatis nō ſpe[…] moueri, ergo illa exceptio non obſtat, q̄ autem non ſperet […]ueri, contingit altero de duobus modis. Primo ſecund[…] q2 ab ipſo initio moueri non poſſet, ideo q2 poſſeſſor e[…] non erat locupletior. Secundo modo ſm opinionem Ba[…]tri. q2 per exactionem factam in iſto iudicio, particulari[…]tio hereditatis conſumitur. Et hoc modo ſummauit […] iſtam, ⁊ hoc vult dicere iſte ver. quanquam. ſecundum le[…] quod tene menti. Sed tunc inſtatur, licet petitio here[…] non poſſit proponi pro pretio, poterit proponi inter a[…] ⁊ poſſeſſorē pro alijs rebus, vnde ꝺʒ obſtare dicta ex[…] d. l. ſi quis libertatē. in gl. magna, hic in fi. ⁊ in d. l. ſi qu[…]tatē. in ſ. glo. magna. videtur dicere q̄ emptor hoc n[…] opponere, q2 non opponit ad ſui vtilitatem. Sʒ hoc […]baui per multas leges. Dicendum eſt ergo quod h[…]ſor, qui vendiderat illas res nō poſſidebat, vnde n[…] moueri petitio hr̄ditatis aliquo mō, alias obſta[…]ceptio, ne fieret p̄iudicium, ⁊c. Venio ad verſic. ⁊ […] hic quod quando habituri ſunt regreſſum, nō po[…]ri. Contra ſcđm hoc emergit iniquitas, q2 verus here[…] ſuū cōtra ſuā voluntatem, contra. l. id quod noſtrum […]iur. Huius timore eſt facta hic quedam gl. ⁊ puto quo[…]ditio. ⁊ incipit, ſed nōne eſt iniquitas, ⁊c. ⁊ ſoluit qđ [...] iniquitas, tamen etiam iniquitas eſſet, quod bone fide p[…] teneatur vltra quaʒ ſit locupletior, ⁊ ideo in pari cauſa […]lior conditio conuenti. ¶ Opponitur ⁊ videtur quod n[…]ſtante quod poſſit haberi regreſſus ad venditorem, bon[…] poſſeſſor poſſit conueniri, vt ſ. eod. §. quid ſi quis. l. etiā […] dicunt quidam, hec debet intelligi ſecūdum illā, vt […]

aut res fuit vendita iuſto pretio, aut modico, ꝛ aut vēditor re-
peritur, aut non, vt ibi patet. Alij dicūt, aut fuit vendita res ſin
gularis, ꝛ loquitur hic: aut hereditas, ꝛ loquitur lex ↄria. ꝛ hāc
tenet gloſſa in contrario. Alij dicunt ꝙ hic agebatur rei vendi-
catione, ibi petitione hereditatis. Iſtas duas reprobat gloſſa.
Quia ponunt diuerſitatem caſuum, cum nō ſit diuerſitas in ra
tione. Nam ita habet regreſſus ↄ vēditorem, ſi euincitur here-
ditas, quādo hereditas eſt vendita, ſicut habetur contra vēdi-
torē rei ſingularis, quādo res ſingularis euincitur. ꝛ ideo gloſ
ſa tenet primam, ꝙ hec intelligitur ſecundum illam, quādo res
fuit vendita iuſto pretio, ꝛ vēditor apparet. Iſtam tenet Iaco.
de Aretio, Iacob. Butri. ꝛ Cy. Cuius ratio poteſt eſſe: q2 quā
do res vēditur modico pretio, videtur donari, ꝛ dicit titulus
quaſi lucratiuus, vt l. apud Celſum. §. ſi cū legitima. ꝛ §. ſequē. ꝛ
ibi no. j. de doli exceptiōe. Unde erit iſte caſus, in quo bonefi-
dei poſſeſſor damnificabitur. Simile ↄ. eadem l. §. ſi qs re ſua.
Et ſi tu oppōis de §. conſuluit. Reſpōdeo, ꝙ bonefidei poſſeſ-
ſor, q donat, nō pōt cōueniri petitione hereditatis ꝓ re dona-
ta: ſed ibi nō negatur, qn poſſit cōueniri rei vēdicatiōe, ꝛ qn do
natarius poſſit habere regreſſum ↄ donantē, in caſibus, in qui-
bus lex permittit: ita hic de illo, q emit modico ꝓtio. ¶ Pro hu
ius declaratione quero, qd ſi bonefidei poſſeſſor eſt locupletior
ex ꝓtio, an emptor poſſit conueniri rei vēdicatione? Iſtam q̄-
ſtionem ponit gl. j. iſtius §. in fi. ꝛ ſunt opinio. Tu breuiter dic,
Aut emptor eſt habiturus regreſſum ad illud tantū, in quo vē
ditor eſt locupletior, ꝛ pōt cōueniri. Nec obſtat, an exceptione
fiat preiudicium, q2 per exactionē factā in hoc iudicio particu-
lari petitio hereditatis cōſumitur, vt dixi. Nec obſtat exceptio
ne poſſeſſor teneat vltra quā ſit locupletior, q2 nec directo, nec
ꝑ obliquum in plus, quam ſit locupletior, conuenitur iſto caſu.
Si vero eſſet habiturus regreſſum in plus, tunc haberet exce-
ptionē ex perſona vēditoris, vt hic in ver. ꝛ puto. Reaſſume er
1 go † quādo poſſeſſor cōuenitur rei vēdicatiōe, aut q̄ris, an poſ-
ſit opponere exceptionem, Ne fiat preiudiciū, ꝛc. Aut queris, an
poſſit opponere exceptionem, Ne poſſeſſor conueniat vltra quā
ſit locupletior? Primo caſu dic: aut petitio hereditatis nō ſpe-
ratur moueri, aut conſumetur petitio hereditatis ꝑ actionem
factam in hoc iudicio particulari, aut nō, vt patet ex predictis.
Secūdo caſu, quando vult opponere exceptionem. Ne poſſeſ-
ſor conueniatur vltra quam ſit locupletior, ꝛ tunc aut iſte, qui
conuenitur, poſſidebat titulo lucratiuo aut quaſi lucratiuo, ſci
licet, quando minori pretio emerit, aut titulo oneroſo. Primo
caſu indiſtincte non competit ei: q2 ſi non competit, ei qui poſſi-
det titulo quaſi lucratiuo, vt ſtatim dicam, ꝛ dixi: multo minus
ei, qui poſſidet mero titulo lucratiuo. Secūdo caſu, quādo poſ-
ſidet titulo quaſi lucratiuo, vt q2 modice emit, tunc non poteſt
iſtam exceptionem opponere. §. quid ſi quis. l. etiam. ↄ. eo. ꝛ hoc
notatur in gloſſa. Tertio caſu, quādo poſſidet titulo oneroſo,
vt q2 emit iuſto pretio, tunc aut bonefidei poſſeſſor vendens ex
pretio non eſt locupletior, ꝛ poteſt iſtam exceptionem obijcere,
vt hic in ver. ꝛ puto. ſi eſt habiturus regreſſum contra eū, alias
ſecus. Aut eſt effectus locupletior, ꝛ tunc, aut eſt habiturus re-
greſſum contra eum in tantum, in quantum factus eſt locuple-
tior, aut in plus. Primo caſu non poteſt opponere exceptionē
iſtam, vt dixi ꝛ notatur in ſine prime glo. magne. Secundo caſu
iſtam exceptionem poſſet opponere, argumento iſtius textus.
2 ¶ † Quero, quid ſi emptor cecidit a poſſeſſione, ꝛ poſſeſſio re-
uerſa eſt ad verum dominum, vtrum poſſit agere publiciana cō
tra verum dominum? videtur quod non, l. penultima, infra de
public. Pro hoc facit ratio, quia cum ex vtraqꝫ parte ſit iniq-
tas, melior eſt conditio poſſeſſoris vt dixi ſupra in primo contra
rio tertie partis. Illa gloſſ. noua que eſt additio, format hanc q̄
ſtionem neque declarat, ꝛ in ea dubito pro modo, ideo omitto.
¶ Quero que eſt ratio quod venditor ad pretium nō tenetur?
dicit quedam gloſſ. parua que eſt hic, ꝛ eſt additio, quod qua-
tuor ſunt rationes. ſed in veritate diuerſi ſunt caſus. Aut enim
ponit venditorem eſſe locupletiorem ex pretio, ꝛ rem peti ab em
ptore, ꝛ tunc poſſunt eſſe tres rationes ſecundum gloſſ. vna que
ponitur in textu ibi, quanquam victi, ꝛc. Alia quia petendo rem
reprobauit contractum: ergo non poteſt petere pretium. Ter-
tia, quia non debet habere rem ꝛ pretium, ꝛ iſte due ponūtur in
gloſſa. ſuper verbo, victi: ſed ſi ponis quod venditor ex pretio
nō ſit effectus locupletior tunc eſt vna ratio tantum ſcilicet ne
venditor teneatur vltra quam ſit locupletior. ꝛ in ver. quāquā.
3 ponitur iſta ratio ſecundum lecturam, quam dedi. ↄ. ¶ † Que
ro, vtrū hoc ſit ſemper verum qđ emptor poſſit vti exceptione
ex perſona venditoris, ſi eſt habiturus regreſſum cōtra eū? Re
ſpondeo ſi quidem eſt exceptio rei coherens, que non datur pri
uilegio perſone, certe tūc eā pōt opponere emptor, vt hic. alias
ipſe nō poſſet opponere, ſed deberet denūtiari vēditori vt ipſe
veniat ꝛ opponat, vt l. idemqꝫ. §. generaliter. j. mandati. ꝛ ibi no-
tat. l. ſi fideiuſſor. §. quedam, eodem titulo. ꝛ iſtud facit ad que-
ſtionem quam diſputaui de qua dixi tibi in l. venditor. ſupra de
4 iudicijs. † Uenio ad verſiculum, quid tamē. ex hoc verſiculo ha
bes notare: quod quando venditor offert ſe defenſioni, quod ex
hoc paratur exceptio emptori, vt hic patet. Aduertendū tamē
eſt, aut venditor venit, ꝛ dicit ſe paratum defendere emptorem,
ꝛ ſuſcipere iudicium animo nouandi, ꝛ tunc an actor ad hoc co-
gatur, gloſſa tangit ſupra de negotijs geſtis. l. liberto. ꝛ docto-
res in l. prima. C. vbi in rem actio. dicam in dicta l. liberto. Quā
doque non dicit ſe velle defendere venditorem, ſed dicit ſe para
tuꝫ ſuſcipere iudicium ſuo nomine, ac ſi poſſideret: tūc actor ad
hoc cogitur ope exceptionis ab emptore opponente, vt hic, ꝛ l.
de illo, in fine infra de noxa. facit ſupra. de alienatiōe iudicij mu
tandi cauſa facta. l. ſecunda. in fine. vbi glo. ꝛ ibi dixi quod talis
offerens debet promittere rei reſtitutionem ſub magna pena, a
lias non excuſatur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Itē ſi rē. Iſtū textum ſtricte intellige in hoc iudicio
vt notat gloſſ. ꝛ ibi Bald. in l. familie. C. famil. erciſcun. ꝛ decla-
ra vt per Baldum in l. prima. C. de ſentētijs. vbi no. limitat iſtū
textum. ꝛ vide per Bar. in l. ſolutionem. infra de ſolutio.
b ANTO. ALEXAN. ¶ Uenio. Quomodo ſuccurratur he-
redi contra emptores rerum, vel contra bonefidei poſſeſſorem.
vide Antonium conſi. xxv.

**§. Certe ſi minore.** Iuriſconſultus in ꝓcedē-
ti §. poſuit de triplici exce
ptione: que cōpetit emptori. Hic ponit quartam, ꝛ breuiter hoc
intendit. Si petitor pretium rei vēdite a poſſeſſore recipit: a vē
dicatione repellitur, etiam ſi receperit quod a debitoribus eſt
exactum, etiam ſi poſſeſſor fuerit malefidei. hoc dicit. No. quod
hac exceptione, non potes agere quia pretium a venditore rece
piſti, obſtat vero heredi vendicanti ab emptore. Et differt hec a
precedentibus, quia iſta habet locum, ſiue poſſeſſor fuerit male
fidei, ſiue bonefidei. Secus in precedentibus, quia nō habet lo
cum in malefidei poſſeſſore vendente.
1 ☞ Hereditatis petitio eſt in rem, habet tamen quaſdam ꝓſta-
tiones perſonales.

**§. Petitio.** Expedita expoſitione ſenatuſconſulti, ꝛ
queſtionibus circa literam. Iuriſconſul-
tus hic venit ad materiam, ꝛ tractat vſqꝫ ad finem tituli queſtio
nes que congrue ad literam non poterant applicari, ꝛ breuiter
hoc intendit, Hereditatis petitio habet miſtam naturam rea-
lium, ꝛ perſonalium. hoc dicit. ¶ Nota dicit gloſſa, quod hec a-
ctio eſt miſta in rem ꝛ in perſonam, vt hic, ꝛ C. eodem. l. heredita
tis petitio. Dices tu quod hoc eſt impoſſibile, quod vna actio
ſit miſta in rē, ꝛ in perſonam, q2 due ſpecies differentes non ca-
dunt in eodem indiuiduo, vt puta quod vna perſona eſſet homo
a ꝛ aſinus. Sed veritas a † eſt, ꝑut textus hic iacet, quod petitio
1 hereditatis eſt in rem, quod apparet quia ſicut cetere reales dā
tur ad declarādum, ita ꝛ iſta: vt l. licet. ſupra eodem. ſic in rei vē
dicatione l. Pomponis. §. ſed ꝛ is. ſupra de procuratoribus, in
fra de rei vendicatione. l. ex diuerſo. ſic negatoria ꝛ confeſſoria.
l. ſicuti. §. ſed ſi queratur. ſi ſerui. vendi. ꝛ ſic eſt in rem. habet ta-
mē quaſdam ꝑſonales ꝓſtationes, que ſiūt officio iudicis, quod
deſeruit huic actioni. Quandoqꝫ enim deſeruit ſecundum natu
ram realium, vt q2 cogit reum condemnatum ad reſtituendum,
vt d. l. licet. ꝛ l. non tantum. ſupra eodem. Quandoqꝫ deſeruit ſe
cundum naturam perſonalium actionum, vt quia cogit reum cō
demnatum ad dandum, vt in pecunia exacta ex pretio rerum vē
ditarum, vt hic vides. Nam in perſonalibus ad dandum agita
tur, vt inſtitu. de acti. §. ſic itaque.

ADDITIO.

a IOAN. FR V. R V. ¶ Sed veritas eſt. Adde contrarium, ꝛ ſic
quod petitio hereditatis ſit actio miſta, tenet Dynus in §. que
dam. verſiculo, qua ratione. inſtitut. de actio. ꝛ Bal. in l. heredi-
tatis. C. eodem titulo. ſentiunt Alexan. ꝛ Paul. de Caſtro in ru
brica infra, ſi certuꝫ petatur. Sed opinio Bartoli ſequitur Sa
ly. ꝛ Iaſo. ibi, ꝛ in §. quedam. inſtitut. de actio. ꝛ Ange. de Aret.
in §. ſed iſte quidam. inſtitut. eodeꝫ titulo. vbi dicit hanc opinio
nem eſſe communem quod ſit in rem, ꝛ non mixta, ꝛ reſpondet ad
motiua Bald. que in contrarium adducit in dicta l. heredita-
tis. Adde etiam quod Bartol. videtur ſibi contrarius in hoc.
nam in dicta l. finali. C. de executione rei iudicate. dicit quod pe
titio hereditatis eſt miſta actio: potes dicere quod eius dictū
intelligatur ꝛ declaretur per illud, quod hic plenius dicit.

**§. Hoc ſenatuſconſultum.** Quod eſt
dictum in
hac actione, habet locum in iudicio famil. erciſ. h. d.

§. **Augent.** Hereditas augetur propter partus, fru-
ctus, ⁊ alias acceſſiones honeſte perce-
ptas. hoc dicit.

LEX XXXI.

**Poſt ſenatuſconſultum.**
A quolibet poſſeſſore omne lucrum aufertur. h. d.

LEX XXXIII.

**Iulianus.** Bonefidei poſſeſſor tenetur re-
ſtituere ſortẽ, ⁊ vſuras quas exe-
git, vel actiones cedere, prout ipſe eligeret, licet Iu-
lianus aliter ſenſerit. hoc dicit.

LEX XXXIIII.

**Si quid poſſeſſor.** Iſta eſt difficilis lex
⁊ primo loquitur in
poſſeſſore ſoluente creditoribus hereditarijs. Secũ-
do de eo quod ipſi poſſeſſori debebat. Tertio quali-
ter poſſeſſori negligẽtia imputetur. Quarto de eo quod poſſeſ
ſori eſt ſolutũ. Scda ibi, ſed ⁊ ſi. Tertia ibi, ſicut autẽ. Quarta
ibi, quod autem. Et prima pars breuiter hoc intendit, qđ poſ-
ſeſſor ſoluit creditoribus hereditarijs imputat petitori, vt ca-
ueat de defendẽdo, ſi fuerit bonefidei poſſeſſor, alias ſecus. h. d.
Et iſta pars primo ponit vnum dictum. Secũdo, recitat dictũ
in lege. Tertio, illud examinat. Secũda ibi, ⁊ ideo. Tertia ibi,
ſed an ⁊ bonefidei. Opponitur hic dicitur quod poſſeſſor habet
condictionem, ⁊ verus heres liberatur ope exceptionis. Cõtra
eadẽ ſolutio non põt parere liberationem ⁊ repetitionem. l. cum
is. §. j. de condic. indeb. Solutio. Huius timore ſunt hic in gloſ
ſa plures opiniones. Prima quod hoc eſt verũ, quando poſſeſ-
ſor conſtituit ſe ſoluturũ nomine veri heredis, ſecũdũ Placen.
quod gloſſa non approbat. Alij dicunt quod hic ſoluit de pecu
nia hereditatis. Petrus repetit iſtam legem. Cyn. examinat
hũc paſſum. C. de cõdict. indeb. l. ſi a patre. in vltima queſtione.
⁊ ibi dicit, quod poſſeſſor repreſentat duplicẽ perſonã. Soluit
enim vt Titius, ⁊ vt heres. vnde ex ea parte qua ſoluit vt heres,
eo volente, prodeſt vero heredi, vt habeat exceptionẽ. ¶ Op-
ponitur quod iſta cautio ſit ſuperuacua, ergo non debet inter-
poni, vt l. hec ſtipulat. o. §. diuus. vt leg. nomi. cauea. Solue vt
in gl. qꝛ ꝑ hoc malefidei poſſeſſor cogitur ſemper probare ſe ſol
uiſſe. Quero circa iſtã partẽ, quid ſi dubitetur an nomine pro-
prio an appellatiuo? Glo. hic mirabiliter diſtinguit, aut ſoluit
ante litem motam, aut poſtea: licet aliter dixerit in l. ſi pene. §. j.
⁊ ibi dixi j. de condi. inde. Vide iſtam glo. ⁊ nota.

§. **Sed ⁊ ſi ipſi.** Malefidei poſſeſſor quod ſibi de-
betur nõ deducit, niſi hoc petitori
expediat: ſecus in bonefidei poſſeſſore. h. d. Nota iſtum caſum
qđ malefidei poſſeſſor nõ deducit, niſi petitori expediat. ¶ No-
ta ꝙ bonefidei poſſeſſor deducit etiam debitum naturale.

§. **Sicut autem.** Malefidei poſſeſſor deducit
ſumptus factos in hereditate,
⁊ contra eum habetur ratio negligẽtie preterquam in actioni-
bus exercendis, ſed bonefidei poſſeſſori non poteſt negligentia
imputari. hoc dicit. ¶ Opponitur de l. non ſolum. j. de rei vẽdi-
catio. Sol. ibi erat malefidei poſſeſſor. ¶ Opponitur de l. ſed ⁊
ſi lege. §. quod autem. ſupra eodem. Sol. vt ibi. gloſſa vult que-
rere quos ſumptꝰ deducit poſſeſſor, Dic vt in gloſſa ſuper ver-
bo, ſumptum.

§. **Quod autem.** Quod poſſeſſori eſt ſolutum, in
diſtincte reſtituitur ⁊ debito-
res liberantur. hoc dicit. Circa legem iſtam omnia ſunt recita-
ta, excepta gl. magna q̃ querit ⁊ reuocat in dubiũ, vtrũ illud qđ
eſt poſſeſſori ſolutum imputetur vero heredi. Gl. diſtinguit ꝑ
multa verba, quam vide ⁊ ſigna, ⁊ in nullo ſuppletur ꝑ doc. pre-
terquam in vno, quando malefidei poſſeſſor ſoluit ſcienter,
quo caſu dicit gloſſa, quod non repetit. Pet. contra vt refert
Cyn. C. de cõdictio. indebi. l. ſi a patre. in ij. q̃ſtio. ¶ Querit gl.
qđ ſi bonefidei poſſeſſor ſoluit debitum naturale, ⁊ in petitione
hereditatis non deduxit. Arguit pro ⁊ contra, ⁊ non determi-
nat. Finaliter magis videtur inclinare quod non repetat, quia
huiuſmodi eſt retentio, non repetitio.

LEX XXXV.

**Per ſeruum.** Queſita per ſeruum heredi
tarium extra rem poſſeſſo-
ris veniunt in hanc actionem. h. d.

LEX XXXVI.

**Niſi ex re heredis. §. Iulianus ſcribit.** Si venditur res non neceſſa
ria hereditatis, poſſeſſor ma
lefidei tenetur ad pretium: ſi neceſſaria, ſi non extat, ad pretium
alias ad rem, ſi extat. hoc dicit.

LEX XXXVII.

**Filij familias.** Filiuſfamilias ex teſta-
mento habet heredem
ideo eius poteſt peti hereditas. h. d.

§. **Si ſeruus.** Si filius vel ſeruus teneat heredi-
tem, vel eius pater, vel dominus po-
teſt conueniri hac actione. h. d.

LEX XXXIX.

**Si a patre vel a domino.** Pe[...]
hereditatis, que datur contra patrem vel dom[...]
non habet naturam actionis de peculio, niſi qua[...]
datur ad perſonales preſtationes. h. d.

§. **Sed ⁊ a filiofamilias.** Hac a[...]
poteſt [...]
milias conueniri, ⁊ per tranſlationem in paternam pot[...]
hereditatis petitionis ceptam inſtantiam non extingui[...]

§. **Si poſſeſſor.** Pro ſeruo occiſo a malefi[...]
leſſore daṫ hec actio, ⁊ legis
ſed altera debet eſſe contentus, ſed ſi poſt aditam heredi[...]
fuerit occiſus, legis Aquil. actio tantum competit. h. d. ¶ [...]
pon. quod poſſeſſori nõ imputetur ſi occidit, vt ſ. eo. l. ſi q[...]
cut. Sol. hic in malefidei poſſeſſore, ibi in bonefidei. ¶ Oppo[...]
tur qđ etiam ſeruo occiſo poſt aditam hereditatẽ teneatur ma[...]
lefidei poſſeſſor, vt j. de verb. obl. l. ſi ſeruum. ⁊ l. ſi ex legati. So[...]
lutio, ſeruus bene, venit in petitiõe hereditatis, ſed ſi velit c[...]
uenire poſſeſſorem tanquam debitorem, ad eſtimationem ſer[...]
occiſo, poſt aditam hereditatem non veniet in petitione he[...]
tatis, vt hic.

§. **Si predo.** Re a predone vendita perempta, ex
electione actoris vtrum pretiũ [...]
vel conuentum exigat. h. d. ¶ Opponitur quod predo indiſti[...]
cte de interitu teneatur, vt l. illud. in principio. j. eo. Huius ti[...]
more legitur hec lex duobus modis in glo. tene ſecundam lect.
quam glo. tenet, ⁊ nihil obſtat. h. d.

1 ☞ Locupletior effectus vt quis dicatur, quod tempus inſpi-
ciatur.

§. **Quo tempore.** An quis ſit locupletior, tẽpꝰ
rei iudicate, iſpiciṫ. h. d. ¶ Op-
a ponitur j. de excep. [a] l. in pupillo. ⁊ j. de ſolutioni. l. in pupillo
gl. ſoluit ſatis bene. Dico quod inſpiciṫ vtrunq; tempꝰ ſcilicet
litis conteſtate ⁊ rei iudicate. ⁊ vera eſt iſta, qꝛ ſi tempore li[...]
cõteſtate eſt locupletior, licet poſtea deſinat, nihilominus [...]
eius periculum, qꝛ incipit eſſe predo, niſi res naturaliter [...]
1 reat. l. illud. j. eod. Vel dic † breuiter vt alias dixi. Quãdoq; [...]
aliqs ſit locupletior, eſt cauſa actiõis concedende, ⁊ tunc [...]
citur tempus litis conteſtate, vt in contrario. Quãdoq; [...]
quis ſit locupletior, eſt cauſa moderande condemnationis, [...]
inſpicitur tempus rei iudicate, vt hic. Et hoc apparet ex [...]
bis ſenatuſconſulti dicentis, inquantum facti ſunt locuple[...]
res condemnandos. ¶ Nota condemnandos, dixi in l. rei iu[...]
te. j. ſoluto matrimonio.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ De exceptio. Adde Bar. ⁊ ibi no. in l. rei iudicat[...]
in. matri. ⁊ quod dixi in l. litis. ſ. de neg. geſt.

§. **Fructus.** Omnis poſſeſſor deducit ſumptus
ctos cauſa fructuum. h. d. ⁊ nota. in l.
ſi ſumptus. j. eodem.

LEX XLI.

1 ☞ Malefidei poſſeſſori pro expenſis conſuliṫ officio iu[...]
2 Poſſeſſori malefidei quare non conſulatur pro expenſis [...]
li exceptionem.
3 Exceptio ⁊ officium iudicis differunt.
4 Statutum prohibens non poſſe opponi contra inſtru[...]
aliquam exceptionem, non prohibet officium iudicis.
5 Statutum vt excludat officium iudicis, debet dicere [...]
qua non poſſit opponi exceptio, nec defenſio.

**Plane.** Expẽſas vtiles ⁊ neceſſarias [...]
perpetuam rei vtilitatem [...]
ſeſſor re extãte deducit, ſed re perẽpta bo[...]
ſeſſor neceſſarias tãtum omnino deducit, volu[...]
vero bonefidei poſſeſſor deducit. Secus in malefidei [...]
ferre poſſet que ſine detrimẽto rei poſſent auferri. h. d. [...]
a lex. ¶ Nota tex. ibi officio iudicis, ⁊c. Venio ad gl. [a] ſup[...]
1 deſideratur. ¶ † Quero vtrũ [b] malefidei poſſeſſori pro ex[...]
b ſis conſulatur per doli exceptionem? Dic quod non, ſed [...]
curriṫ officio iudicis. Et iſta differentia eſt quantũ ad ſub[...]
tẽ, non quãtũ ad vtilitatem. Idem dicit in l. fundo. j. de re[...]
dicatio. Sed certe ſecundũ docto. Modern. aliqua vtilitas [...]

poteſt in modo practicandi. Nam malefidei poſſeſſor pro expenſis poteſt iudicis officium implorare, ſed ſi exciperet, ſuccūberet, per hunc textū. Ita dicit Dyn. in l. domum. C. de rei vend.
3 ¶ †Quero de ratione. ^g dicit Pe. exceptio doli in predone non
g habet materiam preexiſtentem ſeu ſufficientem ex qua oriatur, non dicit plus. Declaro, exceptio doli nititur equitate. l. prima. in prin. de excu. mu. ⁊ l. qui etate. infra de doli exceptio. Item debes ſcire quod iſta equitas exceptionis inſpicit ex parte opponētis. l. qui ex liberis. in fine, infra de bonorū poſſeſſio. ſecundum tabulas. Sed hic ex parte malefidei poſſeſſoris opponentis nō eſt equitas, quia eſt quod ſibi imputetur, ideo ſibi doli exceptio non competit, vt hic, ſed competit officium iudicis, ideo quia iudex ex officio ſuo reſpicit equitatem, que eſt ex vtraque parte. l. quod ſi Epheſi. infra de eo quod certo loco. ideo officium iudicis ad hoc ſe extendit. Et hoc vult iſte textus dum dicit quod iſta eſt equitas, nō enim debet petitor ex aliena iactura, ⁊c. ⁊ ſic oritur ex equitate, ex parte eius contra quem opponitur. ſic de
b claro dicta doc. Sed certe iſta videntur contra d l. militis codicillis. §. veteranus. ſ. de teſtamen. militis. Reſpondeo ex equitate oritur exceptio doli, que equitas eſt ex parte eius cōtra quē opponitur, licet non ſit ex parte opponentis. Unde ꝓpter hoc recedo ab opinio. glo. noſtre: ⁊ teneo opinio. Marti. antiqui gl. in hoc quod dicit predoni doli exceptionem competere. Uult ergo iſte textꝰ dicere, In perſona predonis habetur ratio ſumptuum per officium iudicis, licet non opponatur doli exceptio. Non enim eſt neceſſe quod illa opponatur. l. finali. in fine. infra eod. Hoc ꝓbatur in textu ibi dum dicit, ſed benignius, ⁊ c. ponitur enim dictio ſed, ſine copula, ⁊ ſic aduerſatur ad ꝓcedentia. Hoc etiam probatur ex dictione plane, que ſequitur. vbi innuit quod inter predonem ⁊ poſſeſſorem ſolum eſt differentia re ex
3 tāte. Quicquid †tamen ſit, nota mirabilem differētiam inter exceptionē ⁊ iudicis officium. Simile in l. iij. §. fin. ſ. nau. cau. ſta. ⁊
4 infra eodē. l. finali. in fine. Propter quod †ego dico ^c quod ſi
c in ſtatuto dicat quod cōtra inſtrumentum non poſſit opponi, niſi exceptio ſolutiōis, de qua apparet publicum inſtrumentū, vel falſitas, ⁊c. quod ſi eſt aliqua alia exceptio, que ſi non opponat, actor locupletaretur cum aliena iactura, quod licet non poſſit opponi doli exceptio, tamen poterit officium iudicis implorari quod nota. Ad quod faciunt notata in l. fi. ſ. eodē. Ut igitur
5 hoc †tollatur quando dictas ſtatutum, facias qđ dicat qđ non poſſit opponi aliqua exceptio, nec aliqua alia defenſio, vt etiam officiū iudicis cōprehendatur. De quo dixi in l. j. qđ vi aut clā.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Uenio ad gl. Uide Bar. in l. ſi vnus. §. pactus. ſ. de pactis. ⁊ ideo dicit notab. Barto. in l. in 3ctibus. in principio. de nō numerata pecunia. qđ vbi ꝑ calūniā implorat officiū iudicis, iudex poteſt denegare. Secus ſi ꝑ viā exceptiōis. Et hic adde Bal. in l. peremptorias. in ver. q̄ro quomodo intelligatur. C. ſen. ten. reſcind. non poſſ.

b P. PAV P. ¶ Quero vtrū: Uide Iaſ. in l. j. ⁊ ibi Ray. iij. de iuriſd. omni iudic.

c POMA. ¶ De ratiōe. Uide Barb. cōſi. trigeſimo ſeptimo. primo volumine. ⁊ conſi. ſequē. ⁊ cōſi. quadrageſimoſecundo, eodem volu. Fely. capitulo, quod ad cōſultationē. de re iudicata. Barba. cōſi. ſeptimo. in ſecūdo volum. ⁊ cōſil. xvj. eodē volu. Roma. cōſi. trecenteſimo vigeſimo qnto. Abb. c. dilecti filij. in fi. de iudi. ⁊ c. nouit. eod. tit. Car. cōſi. xxix. Imo. conſi. xiij. alias cxxxvj. ad fi. ⁊ cxlij. ⁊ cxliiij. cum duobus ſequentibus.

d ALEX. ¶ Uidentur cōtra. Ad materiā horum vide Bart. ⁊ q̄ ibi dixi in l. cū q̄reret. §. ꝓdijs. de leg. iij. vide qđ no. ꝑ Bart. poſt glo. in l. in fundo. ſ. de rei vend. vbi late. ⁊ vide quod dixi ibi.

e ALEX. ¶ Ego dico. Adde Bart. in l. ⁊ ita. §. nouiſſime. ſ. nau. cau. ſta. Itē adde ſm Bal. hic, quod licet ſtatutū vteret verbo defenſiōis, tamē poſſet officiū iudicis impartiri, vbi factū eſſet ita notoriū, qđ iudex ſuppleret ex ſeipſo nō ad petitionem partis. Ponit exemplum, cū eſt euidens calumnia, vel prauitas facti: facit qđ no. C. de accu. l. reos. ⁊ Inn. in c. ij. de offi. vica. facit qđ no. in l. j. C. q. ⁊ aduer. quos. ⁊ l. ⁊ ſi forte. §. Labeo. ſ. ſi ſer. vendi. ⁊ qđ no. Bar. in l. poſt legatum. ſ. de his quib. vt indi. Et iſtis in materia adde quod no. Bal. poſt Bar. in l. cū mulier. ſol. matri. Idē Bar. i extraua. ad reprimēdū. in ver. ad denūtiationē. ⁊ dt Bar. in l. domū. C. de rei vēdi. qđ poſt terminū datū ad excipiēdū, pōt implorari iudicis officiū. Itē adde q̄ verbū defenſiōis, refertur tā ad actorē q̄ ad reū. l. j. ſecūdū vnā lec. gl. ⁊ ibi Bald. C. de teſt. ⁊ Bar. i l. j. C. de exce. Adde dictis ꝑ Bar. hic, qđ imo iudex poterit ſupplere ex officio, vt notat Bal. in rub. de iud. li. videtur ſ. eo. l. fi. Itē adde qđ ſi q̄s nō pōt agere vel excipere vigore ſtatuti, poteſt tamen negare, ſecundū Bal. in l. peremptorias. C. ...

rias. Idem dicit in exceptiōe facti, vel intentionis. Adde tamē quod in notorijs implorare iudicis officium non dicitur defenſio ſecundū Imo. in l. pe. §. ad crimen. de publi. iudi. Si ſtatutū dicit quod alicui nō reddatur ius, an poterit ſe defendere, vide ꝑ Bal. in l. quoniam. C. de adul. ⁊ adde his dictis per Bart. qđ no. Inn. in c. cū olim. de cenſi. quod ſequitur Bal. in rubr. de manu. ⁊ Ang. poſt Rich. Malū. in l. quos ꝓhibet. de poſtulā. vbi ſtante ſtatuto quod quis nō debeat audiri per viā actiōis, vel exceptionis, poterit tamen iudicis officiū implorare, ⁊ qđ not. gl. in l. in fundo. ad fi. gl. magne. ſ. de rei vendicatione. ⁊ Inno. de reſcrip. c. dilectus. imo videtur quod etiam ſi dicatur nulla defenſio, ſi iudici notoriū eſt, ſuccurritur officio iudicis, etiā nō implorato, l. j. C. qui ⁊ aduer. quos. l. vbi pactū. C. de trāſac. in gl. vide Bal. in l. j. C. de condi. inde. Adde quod dicit Bal. in l. non tātum. §. quod ſi pro emptore. in gl. nimis. ibi, reſtringere, ⁊ c. ſ. e. quod quandoque iſta vniuerſalis negatiua, nulla exceptio, ⁊c. ponitur in reſcripto quod emanat ad iuris obſeruantiam, ⁊ tūc non intelligitur remouere, niſi friuolas exceptiones, vt no. Archi. ij. queſtio. vij. lator. Quādoq; apponitur in iure communi, tunc non dicitur remouere exceptiōes permiſſas ꝑ aliam lect. l. ita pudor. C. de adul. ⁊ quod no. in c. ſine exceptiōe. xij. q. ij. Quādoque iſta clauſula apponitur in ſtatuto diſponēte contra, vel preter ius commune, ⁊ tunc videtur quod iſta clauſula ſit ꝓciſe ſeruanda: arg. l. proſpexit. qui ⁊ a qui. Alij dicunt quod ſtatutū vel conſuetudo debet interpretari ſane vt non inducat iniquitatem. c. cum dilectus. de conſue. l. ij. C. de noxa. ⁊ ſecūdum iſtos exceptio odioſa non poteſt opponi, ſed exceptio fauorabilis ſic: niſi ſtatutum ſpecialiter quaſdam exceptiōes enumeraret, q: tūc omnes alie videntur reſecate, qualeſcunq; eſſent. ar. l. tribunus. in fi. de teſt. mil. De hoc etiam vide Bar. in l. j. quod vi aut clā. ⁊ in extrauag. ad reprimendum. in verſi. non obſtantib. ⁊ per eum in fi. in l. j. §. nuntiatio. de ope. no. nun. ⁊ quod no. in c. ex parte. de offi. dele. ⁊ quid iuris ſi in certis caſibꝰ exceptis apponatur dictio taxatiua, vide per Dyn. in regula, in argumentum facit l. j. C. de patrib. q fil. diſt. ¶ Adde an ſtatutū ꝓhibēs quē audiri, impediat, quin poſſit iudex ex officio ſuo ſupplere, late Roma. conſi. ccxiij. ⁊ vide eundem Rom. conſi. xlij. quando ſtatutum remouet omnem exceptionem.

LEX XLIII.

Illud. Mala fides que per lit. cōteſt. inducit, nō nocet bone fidei poſſeſſori re naturaliter perēpta, ſecus in eo qui fuit male fidei. hoc dicit. ¶ Opp. ſ. eo. l. ſed ⁊ ſi lege. §. ſi ante litē. Solu. hic eſt male fidei poſſeſſor quo ad omnia, preterquā quo ad interitū. Aduerte bone fidei poſſeſſor eſt, quando quis poſſidet cōtemplatione domini. l. apud antiquos. C. de fur. ⁊ l. item veniunt. ſ. eo. male fidei poſſeſſor eſt, qui ſcit ſe nō eſſe dominū, l. itē veniūt. §. item placere. ſ. eodem. Item eſt quedam mala fides ficta, que inducitur per lit. conteſt. vel controuerſiam motam in petitiōe hereditatis. ⁊ quod iſta ſit ficta, not. in dicto §. ſi ante litem. Tamen bene dico, quod tempore litis conteſta. poſſet vere eſſe malefidei, ſi vere ſcire poſſet ad ſe non pertinere. Modo iſta mala fides ficta non habet locum niſi equitate ceſſante. l. ſciendum. ⁊ l. denique ex quibus cauſis maior. Dixi plene in l. ſi is qui ꝓ emptore. de vſucap. Sed quantum ad fructus ſubeſt equitas, quia tempore litis conteſtate vel controuerſie mote incipit vel incipere debet ſcire vtrū res ſpectat, vel ſpectare, debeat ad eum, ⁊ ideo debeat curare vt rē ⁊ eius fructꝰ poſſit reſeruare, ſed quā
a tū ad interitum ceſſat equitas, ^a q: non debet propter hoc ius ſuum indefenſum relinquere, ideo quantum ad interitum non cenſetur male fidei: ſecus ſi tempore litis conteſtate eſſet vere male fidei.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ceſſat equitas. Adde Bal. in d. l. j. in fin. C. de vſuca. transfor. ⁊ quod ipſe notat in l. j. de fruc. ⁊ lit. expen.

§. Actiones. Poſſeſſor tenetur cedere actiones hereditarias, ſi quas habet, ⁊ ſibi debet caueri in eo quod obeſt. h. d.

§. Ad officium. Si ſeruus poſſeſſoris dedit dānum liberatur, eum dando pro noxa. hoc dicit.

LEX XLIIII.

Si quo tempore. Poſſeſſio ſuperueniēs poſt lit. cōte. venit in hoc iudicium. h. d.

LEX XLV.

1 ☞ Debitor conuentus tanquam poſſeſſor iuris, quomodo interrogari debet.
2 Litis conteſtatio fit per confeſſionem, per negationem, ⁊ per dubitationem,

**SI debitor.** Debitor hereditatis non tenetur hac actione, niſi ſe heredeʒ contendat h.d. quam legem notat, q2 gloſſat totum iſtum tit. ¶ Not. ꝙ lʒ poſſeſſori rerum non ſit neceſſe, quod contendat ſe heredem, tamen in poſſeſſore iuris requiritur, vt hic, notatur in l. etiam. §. j. ſ. eod. in fi. gl. magne. ¶ Ex
1 quo nota, † ꝙ qñ agitur contra debitorem, tanquaʒ contra iuris poſſeſſorem, debent alie interrogationes fieri quam ille q̄ ponuntur in l. qui interrogatus. ſ. eo. Et ſi dixerit ꝙ ſic inter-
2 rogabit, quare ceſſat reſtituere, vt hac l. ¶ Item no. † multum
a iſtam l. quod lit. conteſt. [a] poteſt fieri per negationem, per confeſſionem, ꝛ per dubitationem, vt hic. quod no.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Lit. conteſt. poteſt fieri non ſolum per negationē, vel p ꝯfeſſionem, ſʒ per dubitationē, ꝙ eſt contra communem ſententiam doc. in c. j. de lit conteſt ꝛ idem Bar. hic.

LEX XLVI.

**POſtquam.** Qui legatum accepit, non prohibetur petere hereditateʒ ab inteſtato, ſed tenetur reſtituere legatum cautione ſibi oblata, niſi fuerit in euidenti calumnia. Et ſi legatum non reſtituitur, de hereditate diſputabitur. h.d.

LEX XLVIII.

**QUi ſe liti.** Qui ſe liti obtulit vt poſſeſſor cōdemnabitur, licet non poſſideat. h.d. In gl. ſuper verb. ab initio in fi. dic, ꝛ q2 in ea neceſſe habet perſiſtere, vt in aut. qui ſemel. C. quomodo ꝛ quando iudex.

LEX XLIX.

**PRedonis.** Qui tacitam fidem accōmodat, vt predo dicitur poſſidere. hoc dicit.

LEX L.

**LUcius.** Qui perdit in actione falſi, non prohibetur dicere nullum. h.d.

LEX LI.

**IN eſtimationibus.** Ficta mala fides per litis conteſt. facit poſſeſſorem teneri ad verum pretium rerū venditarū ex voluntate, ſi ex neceſſitate, ad pretiū conuentum. h.d. ꝛ eſt difficilis lex. ¶ Opponitur, ꝙ nō procedat iſta lex, Aut enim loquitur in bone fidei poſſeſſore, ꝛ ille nō tenetur vltra quaʒ ſit locupletior. Aut male fidei poſſeſſore ꝛ tunc tenetur ad ipſas res, non ad eſtimationem vt l. ſi poſſeſſor. §. ſi. ſ. eo Cui ꝯdicit hec lex, huius timore variatur, ꝛ intelligitur hec lex pluribus modis, vt in gloſſa. Tu tene quod dixi in ſummario. Et ratio huius caſus colligitur ex his q̄ dixi in l. illud. ſ. eodem.

LEX LII.

a **SI bone fidei.** [a] Iudicia particularia n̄ differuntur propter vniuerſalia, ſi res eſt tempore peritura h.d. ¶ Opponitur de l. ſi. C. e Solutio, dicunt quidam ꝙ hec lex p illam corrigitur, alij dicunt quod illa loquitur quando poſſeſſor conuenitur, hic quando agit. Quam ſolut. nota, q2 habui eam de facto. iſtud tenet gl. in l. ſi poſt litem. j. de excep.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si bone fidei. Adde quod habetur in l. nō diſtinguemus §. ſi is. ſ. de arbi. ꝛ vide Bar. in l. ſi quis libertatem. circa ſi. ſ. eod. ꝛ de hoc etiam vide Bal. in l. emptorem. in verſi. ſʒ pone quedam. C. loca. ꝛ Inn. in c. q2 cunctis. in fine gloſſ. magne. de conceſ. preb.

LEX LVI.

**NOn ſolum.** Res hereditarie poſſunt alienari ex neceſſitate eris alieni.

LEX LVII.

**EI qui.** Ei, qui emit hereditatem a fiſco, cōpetit hec actio. hoc dicit.

**§. Heres.** Pignus datū defuncto poteſt peti hac actione. h.d.

a **§. Cum predia.** [a] Male fidei poſſeſſor tenetur in quātū p̄dia ex negligētia facta ſunt deteriora. h.d. Dixi in l. ſi ſeruum. in principio. de verbo. oblig. Vide legem, ſi quid poſſeſſor §. j. ꝛ §. pe. ꝛ ſi. l. ſi homo. j. de rei vend.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cū predia. Vide in l. ſi quid poſſeſſor. §. j. de petitione here. ꝛ in l. ſi homo. j. de rei vendicat. per Bar. in l. ſi ſeruuʒ. in prin. de verb. oblig.

LEX LVIII.

**EUicta.** Etiam bone fidei poſſeſſor tenetur reſtituere totum quod nomine pene exegit. hoc dicit.

LEX LIX.

**CUm hereditas.** Poſſeſſor tenet reſtituere fruct', quos perceperit, licet petitor percepturus nō fuerit. h.d.

LEX LX.

1 ☞ Tertius ſuperueniens quando impediat executionem ſententie late pro primo.

a **CUm idem.** [a] Vnius petitio nō impedit executionem alterius petitionis eius, qui prius ad ſentētiam peruenit, ſed eſt poſſeſſori cauendum h.d. quam legem nota ꝛ multū. ¶ †
1 Ita quod tertius ſuperueniens non impedit [b] executionem ſententie late pro primo, vt hic ꝛ l. is a quo. infra, de rei vēdicat.
b Ratio huius eſt, quia ius iſtius alteri' petitoris nō fit d[…] ſicut enim poterat auocare a primo poſſidenti, ita ab iſto [...]do. Et licet iſte ſecūdus, qui petit executionē poſſideat, [...]ſidet ille prius cōuēt'. Sed ſi ageretur de transferendo [...] quem poſſeſſionem vacārem, forte ex l. fin. de edicto diui [...]ni tollendo, tunc antequam executio fiat, ſi alius comparet, [...]cit hereditatē ad ſe pertinere, ꝛ dicat ſe mittendum in poſſeſſionem eo iure quo primus, tunc executio differtur, quia per [...]ret preiudiciū ſecundo, quia ibi prima poſſeſſio erat vacāns, [...]do poſſeſſa eſt per alium, de quo eſt text' in c. veniens, ex[...] teſtib. ꝛ ibi per Innocē. de quo dixi in l. ita tamen. §. quoties, [...]fra ad Trebellianū, ꝛ hoc eſt quod voluit dicere, quod execu[...] fiat taliter quod alteri non preiudicet. Et ideo cogitur ca[...] hic primus petitor, quod eum defendat aduerſus alium pe[...]rem. Ratio, quia ſi poſſeſſor non peteret cautionē ipſe abſol[...]retur a petitione ſecundi petitoris, quia non poſſidet neqʒ d[...] deſijt poſſidere, ꝛ ille ſecūdus petitor haberet inchoare nouum iudicium. Et ideo ne iſtud incōueniens ſequatur, cogitur petere cautionē, ꝛ ille preſtare tenetur. qua preſtita ille habebit neceſſitatē proſequi eandem inſtantiam ceptam cum poſſeſſore primo. ꝛ ſic iſta cautio proderit ſecūdo petitori. Et hoc eſt q̄ tex. hu' l. vult in fine. Et propter hoc puto, quod ſi poſſeſſor reſtitueret cautione nō exacta, tenetur quaſi dolo deſijſſet poſſidere. l. dolo. infra ad legem Falcidiam.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cū idē. hāc l. notabiliter limitat Bar. in l. litib' in [...] C. de agricolis ꝛ cenſi. lib xj. ꝛ Imol. in l. a ſententia. de appel.
b ALEX. ¶ Non impedit. An tertius ſuperueniēs impediat executionem ſententie, adde in l. a diuo §. ſi ſuper rebus. de re iudicata. ꝛ quod ipſe notat in l. ſi proluſorio. de appellationibus, ꝛ aliquid in l. ſi alienam. in fin. j. ſolu. matri. Adde Petr. de Ancha. conſil. cccxxxiij.

LEX LXI.

1 ☞ Pater ſi expendit pro filio habēti bona aduentitia in ſtudio in dubio videtur de bonis filij expendiſſe.
2 Expenſarum deductio quando fiat officio iudicis etiam parte non opponente.

a **FIlius a patre.** [a] Quod pater expendit in honoreʒ filij in dubio videtur expendere de bonis que habet pertinentibus ad filium. h.d. quam l. nota. Ex quo patet † quod [...]
1 quod pater expendit p filio in ſtudio, ſi filius habebat bona aduentitia materna, vel alia, quod ex illis in dubio videtur [...] expenſa. facit l. ne ſennius. ſ. de nego. geſt. dixi in l. j. §. nec [...] ſe. j. de collatione bonorum verſiculo, quero hic loquitur [...] debet intelligi. l. que pater. j. famil. erciſcund. ¶ Item quero [...] intellectu iſtorum verborum poſitorum in l. ſi. Petrus [...]
2 † quod hoc importat quod ſi pars non opponat quod [...] officio ſuo ſuppleat, quod non placet, quia de iure non [...] iudex ſupplere debet. l. j. ſ. vt que deſunt aduocat. [...]
b dicit [b] quod vult dicere, quod poſito quod pater non [...] ceptionē, tamen conſulitur ei per officium iudicis, [...] placet in ſe, vt dixi in l. plane. ſ. eo. Tamen quantum ad [...]tum intelligo l. iſtam aliter. Tu dicas quod exceptio [...]nis excluſio l. j. j. de exceptioni. Modo quod hic dicitur [...] ſis, ponitur ad excludendam actionem, ꝛ ſic ante latam ſententiam ꝛ ſic vere dicitur exceptio. ¶ Quandoqʒ nō opponitur ante ſententiam, ſed poſt ſententiam in executione, tunc q2 executio [...] officium iudicis ſit, ſi poſt ſententiam opponat' nō ſit pp̄ie [...] imploratur officium iudicis, vt vidiſtis in l. j. ſ. de edēdo [...] diceretur fieri iudicis officio iſta deductio, ſemper tamen [...] lige quod pars petat. l. quarta. §. hoc autem iudicium. j. de [...] no infecto. Et hoc eſt quod vult dicere iuriſconſultus, ſi [...]

ſententiam non excipitur,poſt ſententiam fiet in executione per
* officium iudicis.* Et hec nota multum,quia quotidiana ſunt.

AD DITIONES.

a ALEX.¶Filius a patre.De intellectu huius legis vide not.p Bal.in l.domum.C.de rei ven.
b ALEX.¶Unde gloſſa dicit.Uide Barto.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ſ.de pactis.
c ALEX.¶Opponat.Salycetus in l.j.C.vt que deſunt aduocat. etiā tranſit cū iſto intellectu Bar.ſed Bal.in d.l.domū.C.de rei vendicatiōe,hoc reprehendit,ꝛ vide etiā Cyn.ꝛ Bart.in d.l.j.ꝛ vide qđ ſingulariter dixit Bar.in l.ſi quo tēpore.in fine.ſ. eod.
* CLAVD.¶Iudicis.Uide Cyn.Bald.ꝛ doc.in l.j.C.vnde.legit. vbi p hoc dicit Bald.vnum valde ſingulare,ꝛ vide Alexā.poſt Bar.in l.ex aſſe.ſ.ad Tre.ꝛ vide tex.vbi Bal.no.in l.fin.in xviij. q.C.de hered.inſti.

Si pars hæreditatis petatur. Rub. iiii.

¶Gloſſa format queſtionem,vide eam.

LX I.

**Poſt actionem.** Iſta lex ꝯtinuat p̄mo ſe ad p̄cedētia. Scđo ītrat materiā. Scđa ibi,is q. Et p̄ma pars,q̄ cōtinuat,nō indiget ſummario.Et gloſſa in principio q̄rit duo. Primo an hec ſit alia actio a p̄cedēti:ꝛ hec litera innuit,qđ ſic. Ueritas eſt iſta,qđ nō differt ab illa ſpecie,ſed numero:ſicut alia eſt actio,q̄ cōpetit mihi p cētū mutatis:ꝛ alia q̄ ꝯpetit mihi p qnquaginta mutuatis.Sic alia eſt actio,q̄ cōpetit,quādo ſum heres inſtitutus in ſolidū:alia qn̄ p parte:tamē eiuſdem ſunt generis.¶Itē q̄rit gloſſa,an ſit pretoria,vel ciuilis?gloſſa determinat,qđ ciuilis.

**§.Is qui.** In petitiōe hr̄ditatis cōcluſio ſumit̄ reſpectu iuris agētis,nō reſpectu poſſeſſoris cōuēti.h.d.¶Quero p declaratiōe eius qđ dicit̄,totā hereditatē vendicabit,ꝛc.quidam dicebant,quod propter vnā rem,ꝛc. Tu dic,vt dixi in ſummario:qꝛ concluſio libelli ſumitur ex perſona agentis,non ex perſona poſſeſſoris.

**§.Quinimo.** Plures heredes debent agere contra plures poſſeſſores:nec poteſt vnus eligere vnum,alius alium.h.d.

1 ☞Duo iudicia vniuerſalia reſpectu eiuſdem hereditatis concurrere poſſunt.
2 Iudiciū familie erciſcūde dat̄ inter eos,q ſe nō diffitent̄ hr̄des,

**§.Proinde.** Si ſunt plures,ad quos hereditas ptinet p diuiſo,pōt alter ab altero cōueniri hac actione,vel familie erciſcunde,ſi fatētur ſe heredes.h.d.
1 ¶† Nota,qđ duo iudicia vniuerſalia reſpectu eiuſdem he-
2 reditatis poſſunt cōcurrere.Simile in l.j.ſ.tit.j.¶Itē no.† ꝙ iudiciū familie erciſcūde dat̄ inter eos,q ſe nō diffitent̄ hr̄des.h.d.¶Ad p̄mū opp.de l.ſi Titius cū quo.i fine.ſ.p ſocio.Solu.ibi in pecunia,ꝛ ſic pars cū parte recipit cōpenſationē,hic in ſpecie.¶Itē opp.ſ.de rei vēdicatiōe.l.Pōponius ſcribit,ſi ex eqs.ꝛ l.§ primo.Sol.ibi poſſidebat p indiuiſo,hic pro diuiſo.¶Itē ad ſcđm opp.qđ etiā quādo ſe negāt hr̄des,ſit locus fam.erciſcūde.l.j.ſ.familie erciſcūde.Solu.ibi volebat qs agere,nō p eo,qđ ipſe poſſidebat,ſed p eo,ꝙ poſſidebat aduerſarius.

**§.Si ego ex parte.** Si coheres meus ꝛ extraneus poſſideant hereditatem pro indiuiſo,extraneum tantum conueniam.h.d.

1 ☞Compenſatio de ſpecie ad ſpeciem fit partibus volentibus vel iudicis officio.

**§.Item ſicum me.** Qui partē poſſidet p indiuiſo,a coherede ꝛ extraneo poſſidētib⁹ reſiduā partē petet,vel inter eū ꝛ coheredē cōpēſatio fiet.h.d.Sed q̄ro,vtrū illi duo poſſeſſores poſſideāt p diuiſo,vel p indiuiſo?Gl.dt,ꝙ p indiuiſo:ꝛ bene,al's nō cōue-
1 niret niſi extraneū,vt ſ.primo.§.¶† Sed tūc oppo.quomodo fiet cōpenſatio ſpeciei ad ſpeciē?Dicit gl.qđ hoc fit partib⁹ volētib⁹,qđ ſatis placet.Uel dic,qđ partiū p indiuiſo fiet cōpenſatio.Uidete,iſtud eſſet verū,qn̄ partes deberent̄ p indiuiſo in eadē re.l.deducta.§.numis.ad Treb.Sed in parte p indiuiſo nō pōt fieri cōpenſatio.Tene ergo qđ fiat cōpenſatio volētib⁹ partib⁹.Uel dic,ꝙ hoc fiat officio iudicis,ſicut qn̄ fit adiudicatio in iudicio diuiſorio,nō autē per modum compenſationis.

**§.Interdum.** Propter numerū naſcēdorū ex vētre,admittit̄ petitio partis incerte.h.d.Gl.ponit exēplū in ſucceſſiōe collateraliū.¶Oppo.C.de ſuis ꝛ legiti.aut̄.in ſucceſſiōe.ꝛ Inſti.de heredi.q̄ ab inteſt.§.cū filius.ver.ꝛ qꝛ placuit.Gl.dt qđ iſte §.corrigit̄ hodie,qꝛ ſuccedit̄ hodie in ſtirpes,nō in capita.Et ſic nō eſt curādū,q naſcant̄
a ex tribus.Sed aduerte,ᵃ aut loquimur in ſucceſſiōe aſcēdētiū,ꝛ hodie,ꝛ olim ſuccedebat̄ in ſtirpes,vt dicto ver.ꝛ qꝛ placuit.Aut loquimur in ſucceſſiōe colleteraliū.ꝛ tūc ſcđm iura antiqua ſuccedebat̄ in ſtirpes.vt hic,ꝛ l.poſt conſanguineos.§.hr̄ditas.de ſuis ꝛ legiti.An autē ſit hodie correctū?Dicas ſic,ſi loquimur i ſucceſſiōe collateraliū vltra fratres,ꝛ fratrū filios,iura antiqua nō ſunt correcta,qꝛ ēt hodie ſit ſucceſſio ī capita,vt C.de legiti.heredi.aut̄.poſt fratres.Si vero loqmur de ſucceſſiōe fratrū ꝛ filiorꝫ fratrū,ſi qdē filij fratrū ſuccedūt cū patruis,vel auunculis,nō eſt dubiū qđ hodie ſuccedit̄ in ſtirpes ,ꝛ iſta iura Digeſtorū corrigunt̄,vt in authentica,ceſſante.C.de legiti.heredi.Si vero filij fratrū ſuccedūt tātū,ꝛ aliq ex patruis vel auunculis nō ſuperſunt,tūc eſt opinio inter Azo.ex vna parte,ꝛ Accur.ex altera.Et iſta eſt q̄ſtio,q̄ fuit in quodā caſtro huius ciuitatis,ꝛ dicit Azo,qđ in capita,dominus Accur.qđ in ſtirpes,vt not.in dicta aut̄.ceſſante.Ego teneo opinio.Accur.De quo dic vt in l.poſt conſanguineos.§.hereditas.de ſuis ꝛ legit.

ADDITIO.

a ALEX.¶Sed aduerte.Adde quod no.Bar.in l .poſt conſanguineos.§.hereditas.de ſuis ꝛ legi.

LEX II.

a **Si ex pluribus.** ᵃQui ſperat̄ admitti ad partē,facit partē.h.d.Gl.hic format vnā pulchrā queſtionē,ꝛ examinat melius hic,quā alibi.Et iſta q̄ſtio tāgit̄ in multis locis,videlicet in l.ſi marito.§.patri.infra ſoluto matri.ꝛ in l.ſi quis ita ſcripſerit.ꝛ ibi p Dynū,de heredi.inſti.ꝛ l.plane.§.ij.ꝛ ibi dixi,infra de legatis primo,ꝛ l.quid ergo,in princ.eo.tit.

AD DITIO.

a ANTO.ALEXAND.¶Si ex pluribus.De iſta queſtiōe vide dominum Iaſ.in l.plane.hic allegata,de legatis primo.

LEX III.

**Antiqui.** Poſthumus naſcitur⁹ ex vētre impedit ſequētes in gradu.Eos autē q eiuſdē grad⁹ ſunt,ſtatuit̄ admitti:ꝛ ſi tres naſcituri eſſent,aufert̄,vel cōcedit̄ alteri,ſcđm qđ caſus occurrit.h.d.¶Opp.qđ det̄ petitio partis incerte.l.prima.in fine.ſ.eo.Sol.petit̄ quarta cū adiectiōe partis incerte,ꝛ plus ꝛ minus ſcđm qđ caſus euenerit.¶Itē opp.de l.cū qdā.§ qđ dicit̄.infra de acquirēda hereditate.Solutio.intellige hoc,ſi poſthumus eſſet inſtitutus,vel exheredatus.Nam ſi eſſet preteritus,non poſſet adiri hereditas.

LEX V.

**Illud.** Incertitudo naſcēdorū nō impedit coheredē adire,lꝫ,q̄ portio cōpetat ſibi,ſit incertū.h.d.Bona lex ꝛ ſubtilis eſt.¶Oppo.de l.ex ſemiſſe.infra de acquirēda hr̄ditate.Solue vt in glo.¶Querit gl.que ſunt illa,que requiruntur ſciri,vt poſſit adiri?vide gl.ꝛ no.ipſam.

LEX VI.

**Sorori.** Qui ex poſtfacto apparet eſſe heres,a quolibet herede auocat pro rata,ꝛ ſumptus pro rata ſuſtinet.h.d.

LEX VII.

**Non poſſumus.** Per hanc actionez cōſequitur quis partem pro indiuiſo,que per iudicium familie erciſcunde diuidetur.hoc dicit.quam legem nota.

LEX VIII.

**Permittendum.** Poteſt quis p parte cedere,ꝛ p parte contendere.h.d.Nota pro eo quod dixi in l.ſi debitor.ſupra titulo primo.

LEX IX.

**Cum multi.** Qui vt procurator alterius adminiſtrat,petitione hereditatis non tenetur,niſi illius heres extiterit in totum vel in partem.hoc dicit.